

Anna Elissa Radke · ASYLUM POETICUM



**Anna Elissa Radke**

**ASYLUM  
POETICUM**

**Kunst als Schutzraum**

JONAS

# INHALTSVERZEICHNIS (LATEINISCH)

|   |    |
|---|----|
| Vorwort   | 6  |
| Salutatio   | 8  |
| Ad hirundines Maio ex Africa redeuntes  | 10 |
| De sermo adventuali   | 12 |
| Ad quosdam hospitibus asylum negantes   | 14 |
| Genethliacon puerulo dedicatum, qui natus est in insula<br>quadam Marburgensi | 16 |
| De naufragis in mari mediterraneo submersis                                   | 18 |
| Cum Rim (i.e. latine dammula) mihi donaret palmulas Algericas                 | 20 |
| De capreola alba  | 22 |
| Genethliacon puellulae bimulae dedicatum                                      | 24 |
| Ad quandam puellam mutam  | 26 |
| Parodia carminis Eduardi Mörike „Zum neuen Jahr“                              | 28 |
| De inquieta nocte   | 30 |
| Cum etiam infantes legaliter expellantur                                      | 32 |
| Carmen natalicium   | 34 |
| Carmen natalicium II  | 36 |
| Cum Auster e Sahara ortus nobis afferret aestum horribilem                    | 38 |
| Ad magistratus licentiam manendi recusantes                                   | 40 |
| Genethliacon  | 42 |
| Ad navim quandam  | 44 |
| Laudes Jani vel cento Augusteus   | 46 |
| De domu Abramidum   | 48 |
| De feriis aestivis  | 50 |
| Ad Winfridum Leinweber patronum exulum  | 52 |
| Ad Mt. 19,14: Sinite parvulos, et nolite eos prohibere ad me venire           | 54 |
| Ad medicum quandam  | 56 |
| Narratiuncula profugi cuiusdam  | 58 |
| De amore admirando  | 60 |
| De Goliath altero   | 62 |

# INHALTSVERZEICHNIS

## (DEUTSCH)

|  |    |
|--|----|
| Vorwort  | 6  |
| Salutatio  | 8  |
| An die Schwalben, die im Mai aus Afrika zurückkehren   | 11 |
| Der Adventskranz   | 13 |
| An gewisse Leute, die Flüchtlingen Asyl verweigern   | 15 |
| Geburtstagsgedicht für einen kleinen Jungen, der in einem Marburger<br>Mehrfamilienhaus geboren wurde. | 17 |
| Die im Mittelmeer Ertrunkenen  | 19 |
| Als Rim (auf Deutsch: Reh) mir algerische Datteln schenkte   | 21 |
| Die weiße Gazelle  | 23 |
| Geburtstagslied für ein zweijähriges Mädchen   | 25 |
| An ein stummes Mädchen   | 27 |
| Parodie des Gedichtes „Zum neuen Jahr“ von Eduard Mörike   | 29 |
| Eine keineswegs „stille Nacht“   | 31 |
| Als sogar die Abschiebung von Kindern legalisiert wurde  | 33 |
| Weihnachtsgedicht  | 35 |
| Weihnachtsgedicht 2  | 37 |
| Als die Luft aus der Sahara uns fürchterliche Hitze brachte  | 39 |
| An die Behörden, die das Bleiberecht verweigern  | 41 |
| Geburtstagslied  | 43 |
| An ein Rettungsschiff  | 45 |
| Loblied für Jan oder ein Augusteischer Zento   | 47 |
| Über die abrahamitischen Religionen  | 49 |
| Sommerferien   | 51 |
| An Winfried Leinweber, den Patron der Flüchtlinge  | 53 |
| Zu Mt. 19 14: Lasset die Kindlein zu mir kommen und wehret ihnen nicht!                                | 55 |
| An einen Arzt  | 57 |
| Kleine Erzählung eines Flüchtlings   | 59 |
| Über eine große Liebe  | 61 |
| Über einen zweiten Goliath   | 63 |

# VORWORT

Rom verdankt seine Gründung einem levantinischen Flüchtling namens Aeneas. Er entkam dem brennenden Troja und gelangte kraft göttlicher Fügung über Nordafrika an die Küste Italiens. Letztlich verdankt ihm Rom seine Existenz. So erzählt es uns Vergil. Er weiß in seiner Aeneis von furchtbaren Schicksalsschlägen, Irrfahrten und Morden zu berichten. Freundliche Aufnahme an fremden Küsten war die Ausnahme. Die Regel bestand in Furcht und Schrecken.

Anna Elissa Radke kennt diese literarische Welt. Souverän bewegt sie sich in deren Bildern und Metren. Auch die Verheißungen und Bedrohungen des christlich geprägten jüngsten Gerichts sind ihr nicht fremd. Präsent ist ihr aber auch die nackte hässliche Realität von Flucht, Entrechtung und materiellem Elend. In der Marburger Erstaufnahmeeinrichtung für Geflüchtete hat sie ehrenamtlich Deutschunterricht gegeben. Besonders berührt hat sie das Schicksal einer algerischen Familie, deren drei Kinder auf der Flucht in Deutschland geboren wurden. Die Mutter dieser Kinder hatte sich in der Heimat einer Zwangsverheiratung durch Flucht entzogen. Seitdem ist sie durch einen archaischen Sittenkodex an Leib und Leben bedroht. Die Kinder haben zeitlebens nichts als Notunterkünfte kennen gelernt, bis die Autorin der Familie in ihrer kleinen Wohnung Asyl gewährt hat. Schwere Traumata konnten dabei nicht ausbleiben. Die Familie ist nur deshalb noch in Marburg, weil der Pilot der zur Abschiebung vorgesehenen Maschine den Transport der hochschwangeren Mutter im letzten Moment verweigert hat. Noch immer droht Abschiebung. Freundliche Aufnahme in der kleinen Wohnung ist die Ausnahme. Die Regel besteht wie bei Aeneas in Furcht und Schrecken.

Anna Elissa Radke bietet ihrer Familie aber nicht nur reale menschliche Geborgenheit. Sie öffnet ein Asylum Poeticum, Kunst als Schutzraum.

Die Todesgefahr im Mittelmeer, die Freiheit der Schwalben, die Genüsse des Maghreb, das Leid und die Hoffnung einer geflüchteten Familie werden in poetische Bilder gefasst. Erkenntnis entsteht beim Lesen, trotz der gelegentlich düsteren Thematik auch Genuss. Hoffen wir gemeinsam auch auf einen politischen Ertrag! Die Politik gegenüber geflüchteten Menschen braucht in Europa dringend eine humane Wende.

*Kurt Bunke, Vorsitzender des Cölber  
Arbeitskreises Flüchtlinge (CAF)*

## SALUTATIO

1. Credo ego vos, Latinitatis vivae amatores, non mirari, quod illa Sappho Marpurgensis ad seriem librorum suorum novum opus addiderit. Est collectio carminum, quibus agitur de asylo atque de eis hominibus, qui salutem in Germania petunt. Adiuvat hos Anna Elissa iam per complures annos. Cum in his laboribus versaretur, suscepit in habitationem suam familiam Algericam (parentes et tres liberos).
2. a) Quaecumque poëtriae digna videbantur esse, quae memorentur, ea arte poetica vestit et ornat, ut quam plurimis placeant. Utitur lingua Latina, quae toto orbe terrarum certis hominibus nota est. Sermonem classicum adhibens consulit praecipue perspicuitati. Itaque erunt, qui gaudeant, quod plura intellegant, quam exspectaverint.  
b) Suo more coniungit Anna Elissa res hodiernas cum narrationibus et cogitationibus, quae saeculis praeteritis clarae fuerunt. Ut in ceteris operibus eius lucet etiam hic Antiquitas Graeca et Romana. Sed in hoc libro Sacra Scriptura non minoris momenti videtur esse. Apparet ergo Nativitas Domini (compluries), Herodes infantes interficiens, gehenna et eius terrores, angeli ultores, Abraham et eius progenies. Ex Antiquitate Romana sumuntur versus et themata Catulli (saepius), Vergili, Horati (carmen I, 14), Ovidi, Venantii Fortunati. Hero et Leander in unum conveniunt cum fugitivis, qui naufragi moriuntur.  
c) Litterae autem Theodiscae non negleguntur: obviam veniunt nobis Wolfram von Eschenbach atque Eduard Mörike.
3. Admiranda est pulchra varietas metrica. Ea quoque efficit, ut Asylum Poeticum, quamvis tristitia non careat, sit hortus serenus, qui floribus suis animos nostros elevet et cum dignitate delectet.



4. Poetice etiam labores ante oculos ponuntur, quos Anna Elissa suscipit pugnans pro fugitivis apud magistratus. Ibi – ut inter ceteros cives – inveniuntur homines, qui fugitivis faveant, cum alii sine benevolentia officio fungantur. Adversarios fugitivorum vituperat testimoniis biblicis utens tam vehementer, ut secuta esse videatur antiqua exemplaria in exprimenda ira.
5. Legenti haec carmina existit quasi imago vitae communis, quam feliciter agunt Anna Elissa et familia Algerica. Parvuli eventus lepide narrantur, ut sit „in tenui labor, at tenuis non gloria“, cum non tantum Musae, sed etiam certe angeli poetriam diligant. Videmus vigere humanitatem non tantum in habitatione Annae Elissae, sed etiam in regione Marpurgensi, cuius decus est rediviva Sappho.

*Alfonsus Weische*  
*professor Monasteriensis*

## **AD HIRUNDINES MAIO EX AFRICA REDEUNTES**

Nunc hirundines rediere Maio  
Africa ex usta regionem in istam  
algidam Europae, tamen hic cupistis  
condere nidos.

Transvolavistis mare tot periclis  
plenum, ubi tot sunt homines sepulti,  
totque et infantes totidem senesque,  
tot fugitivi.

Naufragos morte eripite hos misellos,  
vos hirundines, minimisque plumis,  
viribus parvis, tamen et iuvabit  
spesque fidesque.

Passeres olim Venerem thronumque  
sustulisse ipsi referuntur alis,  
spiritusque alis superabit altum a –  
morque perennis!

## **AN DIE SCHWALBEN, DIE IM MAI AUS AFRIKA ZURÜCKKEHREN**

Jetzt, im Mai, da kommen die Schwalben wieder  
aus dem heißen Afrika in das kühle  
Nordeuropa, doch ihr wollt hier bei uns euch  
bauen die Nester.

Ihr flogt übers Meer, das so voll Gefahren,  
das zum Grab geworden so vieler Menschen,  
vieler Kinder und auch so vieler Alter,  
Flüchtlinge alle.

Rettet vor dem Tod, deren Boote sanken,  
o ihr kleinen Schwalben mit winz'gen Flügeln,  
klein ist eure Kraft, doch es werden helfen  
Hoffnung und Glaube.

Einst, so heißt es, da trugen Spatzenscharen  
Aphrodites Thron mit den eignen Flügeln:  
so wird auch die Liebe auf Geistesflügeln  
Seetod besiegen.

**DE SERTO ADVENTUALI**  
(vel de expulsione profugarum praegnantium)

Dominica prima breviter adventus sacri  
instabit: unum lumen inflammabitur,  
dein et secundum et tertium et quartum dehinc.  
Desideranter quem diem exspectabimus?  
Nativitatis filii sollemnia?  
Nos septimanas graviditatis ultimas  
numeramus usque ad septimum mensem: imminet  
expulsio ante septimum, en age supputa  
adventuale lumen in serito quater!  
Noster redemptor, septime o mensis, veni!

## **DER ADVENTSKRANZ**

Der erste Sonntag im Advent steht kurz bevor:  
entzündet wird ein Lichtlein bald schon auf dem Kranz,  
und dann ein zweites, drittes und danach ein viertes auch.  
Doch was erwarten wir so sehulich, welchen Tag?  
Die Weihnachtsfeier und des Christkindes Geburt?  
Wir zählen letzte Wochen einer Schwangerschaft  
bis zu dem siebten Monat, denn es droht davor  
Abschiebungselend. Auf, zählt und berechnet nur  
mit den vier Lichtlein die vier Wochen im Advent:  
Wir warten dein, o Retter, siebter Monat, komm!